Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35046
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

homo super alium habuisset
eminentiam sciencie et iusti-
cie Inquiciens fuisset in isto
homine exequiret inutiliter aliorum
2m quod dicit 1° petri c° 4° Unus
quisque graciam qua accepit
in alterutrum illam administran-
tes. Unde Augustinus dicit 19 de
civitate dei quod iusti non dominan-
di cupiditate imperant sed
officio consultandi hic naturalis
ordo prescribit, Ita deus homines
condidit. Ex his patent
soluciones ad omnia obiecta
que procedunt de primo modo
dominii, et tamen de primis tri-
bus argumentis. Ad primum ergo
argumentum dicendum quod inobedien-
cia ad hominem eorum que ei debent
esse subiecta subsecuta est
in penam eius quia ipse fuit
inobediens deo. Et ideo in
statu nature institute nichil
ei repugnabat quod naturaliter debe-
bat ei esse subiectum. Omnia
autem animalia naturaliter fuerunt
homini subiecta in prima ho-
minis institucione quod appa-
ret ex tribus. Primo quidem
ex ipso nature processu. Sicut
enim in generacione rerum
intelligitur quidam ordo quo pro-
ceditur de imperfecto ad per-
fectum, nam materia est propter
formam, et forma imperfec-

cior propter perfectiorem, Ita eciam
est in usu rerum naturalium. Nam
imperfecciora cedunt in usum
perfectorum, plante enim utun-
tur terra ad sui nutrimentum.
Animalia vero plantis et
animalibus. Et propter hoc philosophus
dicit in primo politicorum quod vena-
cio animalium silvestrium
est iusta et naturalis quia per eam
homo vendicat sibi quod est
naturaliter suum. 2° apparet hoc
ex ordine divine providen-
cie, que semper inferiora per
superiora gubernat. Unde cum
homo sit super cetera animalia
utpote ad ymaginem dei
factus, convenienter eius guber-
nacioni alia animalia subduntur.
Tercio apparet idem ex proprie-
tate hominis et aliorum anima-
lium. In aliis enim animalibus
invenitur secundum estimacionem
naturalem quedam participacio
prudencie ad aliquos parti-
culares actus ut in aranea
opus texendi telam. In homine
autem invenitur universalis pru-
dencia que est racio omni-
um agibilium. Omne autem
quod est per participacionem
subditur ei quod est per essenciam
et universaliter. Unde patet quod naturalis est
subieccio aliorum animali-
um ad hominem. Et dicat